

Súspice, clementíssime Deus, sacrificium in honórem sancti Patriárchae Ióachim, patris Maríae Vírginis, maiestáti tuae oblátum: ut, ipso cum cóniuge sua, et beatíssima prole intercedénte, perféctam cónsequi mereámur remissionem peccatórum, et glóriam sempitérnam. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

**M. - Amen.**

#### PREFAZIO DELLA SS. TRINITÀ

##### COMMÚNIO

*Ps.* 103, 13 et 14-15 - De fructu óperum tuórum, Dómine, satiábitur terra: ut edúcas panem de terra, et vinum laetíficet cor hóminis: ut exhílares fáciem in óleo, et panis cor hóminis confírmet.

*Sal.* 103, 13 e 14-15 - Mediante la tua potenza, impingua, o Signore, la terra, affinché produca il pane e il vino che rallegra il cuore dell'uomo: abbia questi olio con che ungersi la faccia e pane che sostenti il suo vigore.

##### POSTCOMMÚNIO

Vivíficet nos, quaésumus, Dómine, huius participátio sancta mystérii: et páriter nobis expiatióne tribuat, et munímen. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum. Quaésumus, omnípotens Deus: ut, per haec sacraménta, quae súmpsimus, intercedéntibus méritis et précibus beáti Ióachim, patris Genitrícis dilécti Fílii tui, Dómini nostri Iesu Christi, tuae grátiae in praesénti, et aetérnae glóriae in futúro partícipes esse mereámur. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

**M. Amen.**

O Signore, Te ne preghiamo, fa che la santa partecipazione di questo mistero ci vivifichi, e al tempo stesso ci perdoni e protegga. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli. Ti preghiamo, o Dio onnipotente: affinché, per mezzo dei sacramenti che abbiamo ricevuto, e per i meriti e le preghiere del beato Gioacchino, padre della Genitrice del tuo Figlio diletto, Gesù Cristo nostro Signore, possiamo essere partecipi della tua grazia in questa vita e della gloria eterna in quella futura. Per lo stesso Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**M. Amen.**

*Inter Multiplices Una Vox*  
Associazione per la salvaguardia della Tradizione latino-gregoriana  
c/o Nagni Sonia, Via Tetti Grandi, 9, 10022 Carmagnola (TO)  
tel.: 011.972.23.21 - c/c postale n° 27934108  
indirizzo internet: www.unavox.it - indirizzo posta elettronica: unavox@cometacom.it

**Torino 2014 - Pro manuscritto**

Gradisci, o Dio clementissimo, il sacrificio offerto alla tua maestà in onore del santo Patriarca Gioacchino, padre di Maria Vergine: affinché, mediante l'intercessione sua e della sua sposa, e della beatissima figlia, possiamo conseguire la perfetta remissione dei peccati e la gloria sempiterna. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**M. Amen.**

## MESSALINO FESTIVO

Testo latino e traduzione italiana

### PROPRIO DELLA S. MESSA

tratto dal *Missale Romanum* a.D. 1962 promulgatum

#### XII Domenica dopo Pentecoste San Gioacchino, Padre della B. V. Maria

##### INTRÓITUS

*Ps.* 69, 2-3 - Deus, in adiutórium meum inténde: Dómine, ad adiuvándum me festína: confundántur et revereántur inimíci mei, qui quaérunt ánimam meam.

*Ps.* 69, 4 - Avertántur retrórsum, et erubescant: qui cógitant mihi mala.

Glória Patri...

*Ps.* 69, 2-3 - Deus, in adiutórium meum...

*Sal.* 69, 2-3 - O Dio, vieni in mio aiuto: o Signore, affrettati ad aiutarmi: siano confusi e svergognati i miei nemici, che attentano alla mia vita.

*Sal.* 69, 4 - Vadano delusi e scornati coloro che tramano contro di me.

Gloria al Padre...

*Sal.* 69, 2-3 - O Dio, vieni in mio aiuto...

##### ORÁTIO

Omnípotens et miséricors Deus, de cuius múnere venit, ut tibi a fidélibus tuis digne et laudabíliter serviátur: tribue, quaésumus, nobis; ut ad promissiónes tuas sine offensióne currámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

Deus, qui prae omnibus Sanctis tuis beátum Ióachim Genitrícis Fílii tui patrem esse voluísti: concéde, quaésumus, ut, cuius festa venerámur, eius quoque perpétuo patrocínia sentiámus. Per eúndem Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

**M. - Amen.**

Omnipotente e misericordioso Iddio, poiché dalla tua grazia proviene che i tuoi fedeli Ti servano degnamente e lodevolmente, concedici, Te ne preghiamo, di correre, senza ostacoli, verso i beni da Te promessi. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli. O Dio, che a preferenza di tutti i tuoi Santi, volesti che il beato Gioacchino fosse il padre della Genitrice del Figlio tuo: concedi, Te ne preghiamo, che possiamo sentire sempre il patrocinio di colui di cui celebriamo la festa. Per lo stesso Signore nostro Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

**M. - Amen.**

##### EPÍSTOLA

Léctio **Epístolae** B. Pauli Ap. ad *Corinthios*, II, 3, 4-9

Fratres: Fidúciam talem habémus per Christum ad Deum: non quod sufficiéntes

Lettura della **Lettera** del B. Paolo Ap. ai *Corinti*, II, 3, 4-9

Fratelli: Una tale fiducia verso Dio noi l'abbiamo in virtù di Cristo. Non che da noi

simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est: qui et idoneos nos fecit ministros novi testamenti: non littera, sed spiritu: littera enim occidit, spiritus autem vivificat. Quod si ministratio mortis, litteris deformata in lapidibus, fuit in gloria; ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius, quae evacuatur: quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis gloria est: multo magis abundat ministerium iustitiae in gloria.

**M. - Deo gratias.**

stessi siamo atti a concepire alcunché, come se derivasse da noi stessi: ma la nostra attitudine viene da Dio, il quale ci ha resi idonei ad essere ministri della nuova alleanza: non mediante la lettera, ma mediante lo spirito: poiché la lettera uccide, lo spirito vivifica. Per il che, se il ministero di morte, scolpito in lettere su pietra, fu tanto circondato di gloria che i figli di Israele non potevano fissare i loro occhi in Mosè per lo splendore del suo volto, sebbene transitorio, con quanta maggiore ragione il ministero dello Spirito non sarà sorgente di gloria? Poiché se è glorioso il ministero della condanna, molto più lo è il ministero della giustizia.

**M. - Deo gratias.**

#### GRADUALE

*Ps. 33, 2-3 - Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti et laetentur.*

*Sal. 33, 2-3 - Benedirò il Signore in ogni tempo: la sua lode sarà sempre sulle mie labbra. La mia anima sarà esaltata nel Signore: lo ascolterò i mansueti e siano rallegrati.*

#### ALLELÚIA

**Allelúia, allelúia.**

*Ps. 87, 2 - Domine Deus, salutis meae, in die clamavi et nocte coram te. Allelúia.*

**Allelúia, allelúia.**

*Sal. 87, 2 - O Signore Iddio, mia salvezza: ho gridato a Te giorno e notte. Allelúia.*

#### EVANGÉLIUM

Sequencia S. **Evangelii** secundum *Lucam*, 10, 23-37

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Beati oculi, qui vident quae vos videtis. Dico enim vobis, quod multi prophetae et reges voluerunt videre quae vos videtis, et non viderunt: et audire quae auditis, et non audierunt. Et ecce quidam legisperitus surrexit, tentans illum, et dicens: Magister, quid faciendo vitam aeternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respondens, dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis, et ex omni mente tua; et proximum tuum sicut teip-

Séguito del S. **Vangelo** secondo *Luca*, 10, 23-37

In quel tempo: Disse Gesù ai suoi discepoli: Beati gli occhi che vedono quello che voi vedete. Vi dico, infatti, che molti profeti e re vollero vedere le cose che vedete voi e non le videro, e udire le cose che udite voi e non le udirono. Ed ecco che un dottore della legge si alzò per tentare il Signore, e disse: Maestro, che debbo fare per ottenere la vita eterna? Gesù rispose: Che cosa è scritto nella legge? che cosa vi leggi? E quello: Amerai il Signore Dio tuo con tutto il tuo cuore, con tutta la tua anima, con tutte le tue forze, con tutta la tua mente: e il prossimo tuo come te stesso. E Gesù: Hai detto bene:

sum. Dixitque illi: Recte respondisti: hoc fac, et vives. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? Suscipiens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, et incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum: et plagis impositis abierunt, semivivo relicto. Accidit autem, ut sacerdos quidam descenderet eadem via: et, viso illo, praeterivit. Similiter et levita, cum esset secus locum, et videret eum, pertransiit. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: et videns eum, misericordia motus est. Et appropians, alligavit vulnera eius, infundens oleum et vinum: et imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, et curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, et dedit stabulario, et ait: Curam illius habe: et quodcumque supererogaveris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, et tu fac similiter.

**M. - Laus tibi Christe.**

#### ANTÍPHONA AD OFFERTÓRIUM

*Exodi 32, 11, 13 et 14 - Precatus est Moyses in conspectu Domini Dei sui, et dixit: Quare, Domine, irasceris in populo tuo? Parce irae animae tuae: memento Abraham, Issac, Iacob, quibus iurasti dare terram fluentem lac et mel. Et placatus factus est Dominus de malignitate, quam dixit facere populo suo.*

fa questo e vivrai. Ma quegli, volendo giustificarsi, chiese a Gesù: E il prossimo mio chi è? Allora Gesù prese a dire: Un uomo, mentre discendeva da Gerusalemme a Gerico, si imbatté nei ladroni, che lo spogliarono e, feritolo, se ne andarono lasciandolo semivivo. Avvenne allora che un sacerdote discendesse per la stessa via: visto quell'uomo passò oltre. Similmente un levita, passato vicino e avendolo visto, si allontanò. Ma un samaritano, che era in viaggio, arrivò vicino a lui e, vistolo, ne ebbe compassione. Accostatosi, fasciò le ferite versandovi l'olio e il vino e, postolo sulla propria cavalcatura, lo condusse in un albergo e si prese cura di lui. Il giorno seguente, tratti fuori due denari, li dette all'albergatore, dicendo: Abbi cura di questi, e quanto spenderai in più te lo rimborserò al mio ritorno. Chi di quei tre ti sembra che sia stato prossimo dell'uomo caduto nelle mani dei ladroni? Il dottore rispose: Colui che ebbe compassione. E Gesù gli disse: Vai e fai lo stesso anche tu.

**M. - Lode a Te, o Cristo.**

*Esodo 32, 11, 13 e 14 - Mosè pregò in presenza del Signore Dio suo, e disse: Perché, o Signore, sei adirato col tuo popolo? Calma la tua ira, ricordati di Abramo, Isacco e Giacobbe, ai quali hai giurato di dare la terra ove scorre latte e miele. E, placato, il Signore si astenne dai castighi che aveva minacciato al popolo suo.*

#### SECRÉTA

Hóstias, quaesumus, Domine, propitius intende, quas sacris altaribus exhibemus: ut nobis indulgentiam largiendo, tuo nomini dent honorem. Per Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

O Signore, Te ne preghiamo, guarda O Signore, Te ne preghiamo, guarda propizio alle oblazioni che Ti presentiamo sul sacro altare, affinché a noi ottengano il tuo perdono, e al tuo nome diano gloria. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.